

Occasionalia VI-183
potissimum Carmina
vol. 25
P-V

VI-183-



OCTE STUBELI, Tua testa circum,
Clara quos ignes oculis videmus?
Quas & hem! flammis tremulis videmus
Lambere sedes?

Ignis hic lætum Tibi signat omen?
Lætus hic nobis quoque læta signat,
Hic facer toti Domui sacrata.
Festa reportat.

Fallor? an cordis subit ima nostri
Flamma, quæ lætè stimulans strepando
Nos, Tuæ ductum fidei sequaces

Incitat, atque
Abditas dudum ex animi recessu
Flammulas rursum revocare lætas,
Fervido & cultu decorare mandat.

Gaudia Lucis:
Festa quæ vinclo cupidi libentes
Alligat nos officii, Camœnis
Nos AFRÆ jungens habitantibus sub
Sede jugosa.

Nunc opus vestra estote; ades sororum,
Grex novem! canta JUBAR HOC DIEI,
Canta & HEROEM CLARIUM, cui nunc
Gratia cœli

Ridet ac Lucem revehit celebrem,
NOMINIS. Pindi resonet cacumen,
Et coloratis niteat tapetis

Palladis Aula,
Summe VIR famâ, nitidum & Venustum,
Sidus Afranum, docilis Juventæ
Doctior & Ductor, Viridis Minervæ
Gloria prima!

AU-

Aure nunc nostris favéas benignâ
Vocibus clemens, hilarisque prendas
Hos rudes cantus, Tibi quos canemus
Pectore puro,

Hæc dies verè Tibi festa cunctas
Eximat curas, pia quæ renidet,
Qualis Eois rosa splendet hortis
Rubra colore,

Autor & Lucis Tua corda machans
Gaudiis, blandus favéat precamur,
Te fluant circum decumana plenis
Gaudia ripis,

Infulis quædam nitet in a) beatis
Arborem gignens meliore sorte,
Quæ suo sudore rigat vireta
Plurima terræ,

Quinimò totam sitientem inundat
Succus hic magnis foliis redundans,
Atque ad unam omnes riguò liquore
Educat herbas,

Arva Tu montis sitibunda Afrani
Irrigas undâ meliore multò,
Ore quæ manat teramœno & usque
Magna sonanti,

Tu Pericleo restituis liquore,
Te beat virtus generosa, Fama
Unde TE tollit volitante pennâ
Æthra per alta,

Arbor ut talis vigeas per annos
Fertilis longos, cupidi precamur,
Stillet & frustra è foliis nec una
Gemmula roris,

Hispidos nostros liquidis adornes
Tu diù campos, Zephyrò jocante
Explicent sese; radiantque rami
Flore decori,

Non Tibi densis aqvílo procellis
Bella damnosus mediteur unquam,
Cedat & flatu Tibi tortuosò
Caurus acerbus,

Par-

Parra non unquam fonitu finistrò
Perstrepat frondes, recinatve Scæva;
Lævus & picus Tibi nullus adfuit,
Nec vaga Cornix.

Filiæ veris luteæ sed ad Te
Lustent, è Te repetantque succum.
Roscidum doctæ artifices parandi
Nobile nestar.

Melle b) Tu semper madeas Hyblæo,
Mellaque è Te, Mellifue ò Apollo,
Nec vetent nosmet cupidis iniqua
Sugere Fata.

Aridam c) myrti tenet arbor alta
Arborem: pulchrè manus has acutas
Addidit voces: VIRIDANT VIRENTEM
ARIDA PER ME;


Tuque (sic omnes petimus:) vigeſcas,
Myrtus & bellè vireas odora,
Cuncta sic semper validè VIREBUNT
ARIDA PER TE.

Arbor extantum vireas in ævum,
Terreat Te non mala grando fortis,
Arbor optamus, posita acquiescas
Cespite vivò.

Horridis ventis agitère nunquam,
Tangat haud Prester d) apices apricos,
Neutiquam celsa Ecnephas d) nivofus
Culmina jactet.

Sentias nunquam cariem senilem,
Lege sed pulchri Tibi stent capilli.
Plura quid famur? satis est, Petitis
Annuat Æther!

- a) Hæc singularis magnitudinis arbor in unâ insularum fortunatarum Ferrea ab Hispanis dicta, conspicitur, è cujus foliis sudorem quasi abunde emanare dicunt, qui illam totam insulam aquæ planè pauperem irrigat, vid. Hieron, Benzo de inf. Canar, c. 2.
- b) De arbore mellifua apud Curtium L. IV. c. IV. n. 22, Virg. Ecl, IV, 30,
Et duræ quercus sudabunt rosida mella.
- c) Myrtus aridam arborem circumplectens hæc epigraphæ ornatur, VIRENT ARIDA PER ME, In Apell, Symbol P, II, p. 545.
- d) Venti sunt maxime impetuosî cum fulgure & flammâ erumpentes, vid. Varenus in Geograph, Gener: L. I, c. 22, p. 426, Senec. Quæst. natural, L. V, qv. 12.



Ang. II 183

KD 18
KD 17



140

LILIA CANDIDA,

id est,

Vota liliorum candori nil concedentia,

VIRO

PRÆNOBILISSIMO, AMPLISSIMO, DOCTISSIMO

DOMINO
JACOBO
BELIO,

LONGE CELEBERRIMO,
EM ET RECTORI PHRON-
D MISENÆ FLORET, FAMI-
MO MERITISSIMOQVE,

IIIS NOMINALIBUS

NI SACRIS,

is & pietatis ergò
mis quibusdam discipulis,
ne & hospitio felicissimè fruentibus,
oblata.

VIII. Calend. Julii

Annò, quò

DeCet RegeM reLigare
IVVentæ.

de, Typis SPAHNIANIS.

